



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

7. Eiusdem Clementis sententia, quos vulpibus, cicadis, &c. comparet?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Et quod in morbos facile prolabitur efficiens. Quin etiam voluptates qua in diiudicandis condimentis anxie sunt & difficiles, probra & maledicta inurunt: ut pore liquoritionem, ingluviem, edacitatem, voracitatem, insatiabilitatem, & huiusmodi alia. Musca quoque aptissime vocantur, & adultores, & gladiatores, & immane genus parasitorum: ventris voluptate hi quidem rationem, illi vero amicitiam, alij autem vitam ipsam vendentes, super ventrem serpentes, bellue hominibus similes, ad imaginem patris sui, edacis voracisq; bellua. Has ciborum vinorumque Charybdes etiam Seneca in animalium ratione carentium classem reponens ait:

Senec. ep. 60. Taurus paucissimorum ingerum pascuis impletur: una silva elephantis pluribus sufficit: homo & terra pascitur, & mari. Quid ergo? tam insatiabilem nobis natura alium dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut vastissimorum edacissimorumq; animalium aviditatem vinceremus? minimè. Quantulum est enim, quod natura datur? paruo illa dimittitur. Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Hoc itaq; (ut ait Sallustius) ventri obedientem animalium loco numeremus, non hominum; quosdam vero ne animalium quidem, sed mortuorum.

VII.

Verùm ad Clementem reuertamur, qui Sophistas cicadarum & vulpium nomine condecoratos nihil mentis, multum vocis, aut strepitus potius habere asserit. Ob hanc artem, inquit, se efferentes Sophista infelices, canoris quibusdam suis nugis garrientes, cum in nominum delectu & certa dictionum compositione & connexione, tota vita laborant, cicadis apparent loquaciores, eos quibus pruriant aures non satis, ut mihi videtur, viriliter demulcentes, & tiuillantes.

Verborum non stilla cadens, sed flumen iners.

Et certè quemadmodum veteribus in calceis, imbecilla ipsi sunt alia & diffluent, sola autem eis restat lingua. Pulchrè ergo eos insectans scribit Solon Atheniensis:

Ad linguam aspicitis, & dulcia verba loquentes,

At quod fit, nemo spectat, agentis opus.

Ac quiuis vestrum vulpis vestigia figit,

Et mentem vacuam putidulamq; gerit.

Matth. 9.
Luc. 9.

Hoc utique significat vox illa salutaris: Vulpes foveas habent, filii autem